



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

De effectu huius sacramenti. c. 5

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

### **Effectus sacramenti Eucharisticie.**

66

durante infirmitate & per annum post non potest celebrare. 33.  
dist. c. cōiter. & Sl. **C** Demoniacus etiam ante plenam libera-  
tionem celebrare non potest: eodem c. cōiter. Sacerdotes etiā  
ordinati, tam curati, quam non curati, si tñibus debitiss, & habi-  
ta opportunitate non celebrant, peccat: q̄ ipsiis indistincte p-  
cepit est. Hoc facite in meam commemorationē. **C** Nullus  
enam p̄sumat celebrare: nisi duobus p̄sentibus & r̄ndētibus.  
Alij aut dicunt q̄ vñus sufficit. 7. q. 1. Illud extra de fil. presbyt.  
proposuit. De vi. & bone. cle. c. Uniusquisqz. & ita cōiser in eccl-  
esi seruatur. **C** Inclusus vbi non est copia clericorū, solus cele-  
brare potest: & non alias. De verbo. signifi. cap. q̄ fuit. Nulla  
mulier ad altare p̄sumat accedere, aut presbytero ministra-  
re. De coha. cler. & mulie. ca. 1. s. vlti. **C** Non debet etiam sacer-  
dos celebrare sine luminariis cereis. De cele. missarū. c. vlti. vt  
impleteur figura Levitici. Ignis in altari meo semp ardebit.

### **De effectu huius sacramenti.** Cap. 5.

**E**ffectus huius sacri est multiplex ipsum digne sumētibus.  
**H**ā fortificat mentē contra vitia: virtutes auget: delet ve-  
milia: cōfert gratiā: & fortius vnit membra capiti, id est bonos  
Christianos Christo: & future glorię nobis pignus dat. Vñ versus.  
Inflanimat, memorat, sustentat, roborat, auget.  
Hostia spem, purgat, reficit, vitam dat, & vnit:  
Confirmatqz fidem, minuit somitem, atqz remittit.  
Roberat, augmentat hoc sacram: delet & vnit.  
**C**er concilio Florentino predicto. Huius sacramēti effectus,  
quem in anima operatur digne sumētibus, est adunatio homi-  
nis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorpo-  
ratur, & membris eius vntur, consequens est, q̄ per hoc sacra-  
mentum insumentibus digne gratia augeatur: omnemqz effe-  
ctum, quem materialis cibus & potus quo ad vitam agunt cor-  
poralem sustentandam, attingendo, reparando, & delectando, sa-  
cramentum hoc quo ad vitam operatur spiritualem. In quo  
(vi inquit Urbanus Papa) gratiam Salvatoris industri recēse-  
mus memoriam, a malo retrahimur, cōfortamur in bono, & ad  
virtutem & gratiarum proficimus incrementum. **H**ec ibi. Et  
piclarissimus doctor S. Thom. Corpus Christi est medicina  
egrotis, digta, peregrinantibus, debiles cōfortat, valētes dele-

ctat,

**De loco ad celebrandum idoneo**

ctat, languorem sanat, sanitatem seruat, fit homo mansuetior ad correctionem, patientior ad laborem, ad amorem ardenter, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actiones deuotior. Et dicitur hoc sacrum viaticum: quia sicut viator sine cibo ambulare non potest, ita sine hoc sacro homo adulatus non potest rite ambulare ad paradisum. De penit. et remis. cap. quod ante. 26. q. 5. c. Siquis de corpore, et cap. qui recedunt.

**Cuius locus idoneus sit ad missę celebrationem.** Cap. 6.

**T**unc est ecclesia regulariter: nisi occurrerit casus necessitatis. De consecr. distinc. i. nullus. **E**t concilio Lubertenisi. Cap. 4. Missarum solennia, non ubique, sed in locis ab episcopo consecratis, vel ubi ipse permisit celebranda esse censemus. Concedimus etiam, et sicubi (quod nostris peccatis exigentibus per plurimum est factum a Normanis, et a Scлавis, et ab Ungaris, et a malis Christianis, seu alio qualicunque modo) ecclesie facient incensum, et combusant, in capellis cum tabula consecrata missarum interum celebrare possint. donec ipsae ecclesie restaurari contineantur. In itinere vero positis, si ecclesia defuerit, ut sub diuino, sive in tentoriis (si tabula altaris consecrata, ceteraque sacra mysteria ad id officium pertinentia affuerint) missarum solennia celebrare possint concedimus. Alter omnino interdicimus. **H**ec tibi. Et his casibus exceptis, non licet nisi ex speciali privilegio celebrare in loco non sacro, sine licentia episcopi loci illius. De consecr. dist. i. cap. missarum. Qui tamen hoc concedere non debet, nisi adsit rationabilis et legitima causa. Potest etiam missa celebrari extra ecclesiam: ubi aliquibus temporibus magna populi confluit multitudo; vel propter aliquod festum, vel missam nouam, vel predicatorum insignem: quem magnus populus sequitur: et ecclesia est parua: in platea munda et honesta super altari portatili: prouiso quod puluis, aut flatus ad altare non possint peruenire. Ideo dicendum est de camera, vel aula, aut alio loco honeste et apto, in quo ex privilegio domini Papae, vel de licentia episcopi potest celebrari. de consecr. dist. i. c. missarum. Et debet esse sacerdos paratus cum omnibus paramentis requisitis ab episcopo vel ab aliis hanc potestatem habente benedictis. nec debet celebrari nisi in altari consecrato saltes portatis tribus